



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

CCCXXV. Jacob Köhler aus Radewege verpflichtet sich der St. Annen-Capelle zu einer jährlichen Rente, am 2. Mai 1498.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

fachenn nichts zcuthun hab; demnach Begern wir nochmals ernstlich, matias damdt wie obftett vnd euch mhermals geschriben zcu erstandenn gudern zcuuerhelffen damit er sich furder muh vnd schadens nicht beclagen durffen, Euch vnser meynung haben dar nha wissen zcu Richten. Datum Bannckow, ahm donnrftag nach lucie, jm XCVII. Wurd er sich nichil hundertmargk oder die fraw odir ymants von irentwegen pfandes weigern wolt, als dann den Rath anruffen hilff vnd beyftand tzuthun, des wir ja hir jnn mit Beuelhigen.

Nach dem Originale.

CCCXXV. Jacob Köhler aus Radewege verpflichtet sich der St. Annen-Capelle zu einer jährlichen Rente, am 2. Mai 1498.

In nomine domini. Amen. Coram nobis, officiali prepositure Brandenburgensis, constitutus pro-vidus vir, Jacobus Koler, villanus ville Radewege, pro se suisque heredibus publice et sponte reco-gnovit et confitebatur medium chorum siliginis annui census in et ex ejus domo, quam modo inhabitat, prope domum Clawes Jacob a dextera et Merten Poffin a sinistra partibus in dicta villa Radewege situatam ac ex omnibus et singulis bonis suis mobilibus et immobilibus per ipsum et heredes suos ac pro tempore ipsius domus et bonorum possessores singulis futuris annis sub festo purificationis Marie virginis circumspicitis viris provisoribus capelle sancte Anne, prope et extra muros nove civitatis Bran-denburg situate, indilate perfoluendum pro sex sexagenis monete Brandenburgensis per honorabilem virum dominum Nicolaum Honow numeratis atque traditis rite et legitime vendidisse et constituisse, prout, nobis approbantibus, vendidit et constituit. Retinuit etiam idem venditor sibi ac heredibus suis dicte domus et bonorum pro tempore possessoribus potestatem, dictum medium chorum siliginis annui census pro sex sexagenis Brandenburgensis monete reemendi et quod prenominatus Jacob Koler sui que heredes vel pro tempore prenominatorum domus et bonorum possessores reemptionem hujusmodi dictis provisoribus capelle sancte Anne in dicto festo purificationis virginis proximo, quam ipsi voluerint pre-nuntiare et in sacro festo ipsam prenuntiationem immediate sequenti, summam capitalem, videlicet sex sexagenas monete Brandenburgensis cum tunc natis quomodolibet retardatis cen-sibus predictis realiter et cum effectu sine contradictionis obstaculo indilate perfolvere debeant. Pro-misit insuper atque bona fide expressit Jacob Koler pro se heredibusque suis dictam domum et bona in esse et melioratione tenere et observare ita quod census predicti semper exinde commode dari et haberi valeant et possint. Et si in solutione dictorum censuum negligentes fuerint, ex tunc omne damp-num juste et rationabiliter dictis provisoribus capelle sancte Anne alienatum et alienare intendant, renun-ciantes etiam exceptioni non numerate pecunie, doli mali et quibuscunque aliis beneficiis tam civilis quam juris ecclesiastici sibi ejusque promissis quomodolibet suffragantes. Pro prescriptis vero articulis et punctis in solidum et manu conjuncta fidejusserunt Clawes Pyritz et Clawes Ryem, villani dicte ville Radewege, pro se et eorum heredibus, promissa et tenere et firmiter observare. In cujus rei evidens testimonium etc. Datum in loco consistoriali prepositure Brandenburgensis anno MCCCXCXVIII, indi-catione prima, die vero Mercurii, secunda mensis Maji, hora vespertina vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Alexandri, divina providentia pape sexti, anno ejus sexto, presentibus honorabilibus Matthis Molner et Bartholomewes Smeth laycis Brandenb. diocesis, testibus ad premissa etc.

Balthasar Hehne, notarius ad premissa.

Nach dem Originale.